



Incipit Opus dignissimi Sapientissimi Picatrix Philosophi Arabici maximi In Scientia Mathematicorum: et Prohemium: et

Ad laudem, gloriam et honorem altissimi et omnipotentis Dei Cuius est revelare suis predestinatis secretis Orientis. Et ad Illustrationem etiam doctorum Latinoꝝ: quibus est copia librorum ab Antiquis Philosophis editorum Alphonsus dei gratia Rex Hispanie Illustrissimus Totusque Brundaluse precepit hunc librum summo studio Sumari diligentia de Arabico in hispanicum transferri Cuius nomen est Picatrix. Hoc aut opus perfectum fuit Anno domini Millesimo ducentesimo Alexandri in. D. lxxv. Cesaris vero. M. cc. lxxxv. Arabum. D. clv. Quem ex diversis et pluribus libris Phis compilavit et suo proprio nomine nominavit: et Prohemium:

Tempus Translatio
nis de Arabico
in latinum

Picatrix

Incipit In nomine domini Liber quem sapientissimus Philosophus Picatrix In Nigromanticis Artibus ex quibus pluribus Libris Phis Arabum et aliarum nationum Compilavit:

Et Sapienter ait. Primum quod agere debemus in omnibus rebus mundi est deo Regrari. Propter quod dicitur quod ipse sit laudatus. Eo quod ex suo lumine revelantur Secreta: et Abscondita patefunt: et ex sua potentia multa miracula facta sunt. Et in eo omnes potentias: omnesque Sacra computat. Diesque a noctibus suis precepto divisi sunt: Et ex ipsius virtute omnia ex nihilo creata sunt quousque scelerunt. Et eius potentia omnes creature innovat: et ipse semper sue nature potentia gubernat: propterea potens est Et per ipsum omnia per generationem innovat: et ipse non alius rebus non innovatur nec separatur ab eis aliquo modo. Eo quod non habet locum terminatum nec est extra ab eo: quantum ipse est ipse locus: et rursus lingue mundi huius morare non possit opera eius nec potentia suas explere. Eius vero miracula seu miracula multa sunt: et nihil est ei novum. Ideo ipse sit laudatus sibi obediunt: et eius prophetas et sanctos qui ex suo precepto illustrati fuerunt in mundo: et hominibus vias ostenderunt quibus de his Sacris et Sapientibus attingere possunt. Unde ipsum rogemus: quod nos in sua gratiam recipiat et mercedem: et ad sui gloriam nos perducat eternam. Amen:

Conclusio omnium
Rerum in una

Documentum Artibus

Tu qui Sacras Phis intendere vis et scire: ac eorum Secreta inspicere. Primo mirabilia magice Artis. que tuis exposuerunt libris perquiras: et intendere queris mirabilia Sacrae Nigromantie. Primum aut scire debes: quod Phis hanc Sacram celaverunt et ea hominibus discoperire noluerunt. Immo ea pro viribus